

DE REBUS METALL.

Vincislaum delatam, ait Dubrauius Olomucensis. Menander aurū è Cili-
cia celebrauit: & hospes Cilix aureos
montes pollicitus apud Terentium
fuit. Arua Phœnicum aurifera scribit
Silius. Aurum argento sum nomina-
tur, quod argenti colorē habet, quod
reperitur in citeriore Pannonia, mo-
dò in pyrite ferri, modò in saxo pro-
prio.

In riuulis quod lauatur, aut omni-
no purum est, quale in saltu Schellen-
bergiano vno à Chemnicio miliario
inuentum fuit: aut è lapillis nigris ex-
coquitur, idēq; modò scintillis, modò
bracteolis micat. In Lusmicio riuo
Boëmiæ grana & massulas auri cice-
ris magnitudine puras repertas, quæ
nulla eguerint excoctione, testatur
Aeneas Syluius. Claudianus contra
Eutropium quatuor enumerat auri-
fera flumina, in quibus se Midas rex
Phrygiæ lauerit: Sangarium, vt ipse
ait, è Dindymis fluentem, vt Liuius, è
monte